

*Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.*

### **I. Übersetzung**

1      Quando igitur orator est vir bonus, is autem citra virtutem in-  
2      tellegi non potest, virtus, etiam si quosdam impetus ex natura  
3      sumit, tamen perficienda doctrina est: mores ante omnia oratori  
4      studiis erunt excolendi atque omnis honesti iustique disciplina  
5      pertractanda, sine qua nemo nec vir bonus esse nec dicendi peri-  
6      tus potest - nisi forte accedemus iis qui natura constare mores  
7      et nihil adiuvari disciplina putant, scilicet ut ea quidem quae  
8      manu fiunt atque eorum etiam contemptissima confiteantur egere  
9      doctoribus, virtutem vero, qua nihil homini quo ad deos immorta-  
10     lis propius accederet datum est, obviam inlaboratam tantum quia  
11     nati simus habeamus. Abstinentis erit qui id ipsum quid sit absti-  
12     nentia ignoret? Et fortis, qui metus doloris mortis supersti-  
13     tionis nulla ratione purgaverit? Et iustus qui aequi bonique  
14     tractatum, qui leges quaeque natura sunt omnibus datae quaeque  
15     propriae populis et gentibus constitutae, numquam eruditore  
16     aliquo sermone tractarit? O quam istud parvum putant quibus tam  
17     facile videtur! Sed hoc transeo, de quo neminem qui litteras vel  
18     primis, ut aiunt, labris degustarit dubitaturum puto. Ad illud  
19     sequens praevertar, ne dicendi quidem satis peritum fore qui non  
20     et naturae vim omnem penitus perspexerit et mores praeceptis ac  
21     ratione formarit. Neque enim frustra in tertio de Oratore libro  
22     L. Crassus cuncta quae de aequo iusto vero bono deque iis quae  
23     sunt contra posita dicantur propria esse oratoris adfirmat, ac  
24     philosophos, cum ea dicendi viribus tuentur, uti rhetorum armis,  
25     non suis. Idem tamen confitetur ea iam esse a philosophia peten-  
26     da, videlicet quia magis haec illi videtur in possessione earum  
27     rerum fuisse. Hinc etiam illud est quod Cicero pluribus et libris  
28     et epistulis testatur, dicendi facultatem ex intimis sapientiae  
29     fontibus fluere, ideoque aliquamdiu praeceptores eosdem fuisse  
30     morum atque dicendi. Quapropter haec exhortatio mea non eo per-  
31     tinet, ut esse oratorem philosophum velim, quando non alia vitae  
32     secta longius a civilibus officiis atque ab omni munere oratoris  
33     recessit. Nam quis philosophorum aut in iudiciis frequens aut  
34     clarus in contionibus fuit? Quis denique in ipsa quam maxime  
35     plerique praecipiant rei publicae administratione versatus est?  
36     Atqui ego illum quem instituo Romanum quendam velim esse sapien-

37 tem, qui non secretis disputationibus sed rerum experimentis  
38 atque operibus vere civilem virum exhibeat.

Herbst 1998

- 2 -

---

## II. Sprachliche Erläuterungen

1. Erklären Sie die Konstruktion von **constare** (Z.6)!
2. Welcher Kasusgebrauch liegt bei **metus doloris mortis superstitionis** (Z.12f.) vor?
3. Erklären Sie den Gebrauch von **idem** in Z.25!